



Universitätsbibliothek Paderborn

**Francisci Tvrriani Societatis Iesv, Aduersùs
Magdeburgenses Centuriatores pro Canonibus
Apostolorum, & Epistolis Decretalibus Pontificum
Apostolicorum, Libri Quinq[ue]**

**Torres, Francisco de
Coloniae, 1573**

VD16 T 1629

Cap. VII. Defensio Canonis de celebratione paschae ex Apostolica traditio[n]e profecti, & quid de hoc festo Synodus Nicena decreuerit: & que[m]admodum non solùm sine scripto traditus sit hic Canon à, ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-29685

nem Apostolorum vidit beatus Basilius, in quo hoc ex propheta citatum est, non assueranter affirmat, secutos esse hoc, quod citatum est, Aposto-

*Alia causa,
cur depositis
clericis non
excommunicis
centur, ex Ba-
silie.*

los? quia scilicet sciebat Basilius, non esse scripturam Apostolorum hos Canones, sed traditiones sine scripto, scriptos verò ab alio. Deinde subiungit: Tum etiam illam credo causam huius decreti fuisse, quod qui in ordine laicorum sunt, postquam interdicta illis fuerit ecclesia, iterum in eundem locum restituì solent: at diaconus semel, quod satis sit, supplicio priuationis mulieratus, nunquam in gradum diaconi restituitur: quarè ea sola pœna afficitur. Hoc quoque beatus Basilius ex Apostolica & Ecclesiastica traditione didicit, quæ in Canone Apostolorum 28. continetur, de quo postea dicemus. Ac rursus idem Basilius Canone 31. Clerici (inquit) qui peccatum ad mortem peccant, gradu quidem suo mouentur, ecclesia tamen non prohibentur. Nō enim bis in idipsum vindicandum est. Haec est nūs Canon. Quod si adhuc Magdeb. contendere velint, clericos in fornicatione, aut periurio, aut furto depræhensos, excommunicandos esse, vt laicos, respondemus eis: Talem consuetudinem ecclesia Dei non habet. Hanc igitur consuetudinem antiquo & Apostolico Canone fancitam sequens Synodus Nicena, hunc Canonem sanxit: Si quis Episcopus in aliquo criminis scandaloso depræhensus fuerit, de gradu sacerdoti tali deiijcendus est: nec iterum restituendus. Quod si pœnitentiam egerit, non est communione fidelium, neque communione sacra prohibendus. Non enim conuenit, vt excommunicetur, sicut laicus excommunicari solet. Nisi fortasse dicant isti, nærum hunc esse Synodi Nicenæ. Ac rursus eadem Synodus alio Canone statuit, vt si quis presbyter in fornicatione depræhensus esset, qui semper anteà benè audisset, nec vxorem vñquam habuisset, agat (inquit) pœnitentiam vno anno in ieiunio, & oratione, & eleemosynis secundum vires: & nè ministret in Clero, quandiu pœnitentia durat. Transacto autem hoc tempore, restituendus est in gradum suum. quod si ad vomitum redierit, deponatur: sed nè priuetur communione fidelium, neque sacra communionis participatione. Sunt hi duo Canones ex illis Nicenis 80. qui Alexandriae in libro vetustissimo Patriarchæ reperti sunt, & ad nos iam pridem allati: de quibus plura proximo libro defensionis Epistolarum Pontificum Apostolicorum dicemus. Respondeamus deinceps ad aliud caput accusationis Canonum.

*Duo Canones
Niceni ex lib.
vetustis. pa-
triarcha
Alex.*

Defensio Canonis de celebratione paschæ ex Apostolica traditione profecti: & quid de hoc festo Synodus Nicena decreuerit: & quemadmodum non solum sine scripto traditus sit hic Canon à sanctis Apostolis, sed etiam per Epistolam Pauli ad Colos. insinuatus. & de Audianis, pascha cum Iudeis celebrantibus, & constitutionem Apostolorum de celebratione paschæ, male interpretantibus.

Cap. 7.

Quarto



Quartò (inquit) multa in his dicuntur, quæ rebus huius seculi, & hi-
storijs refragantur. Nam quod Canon 8. de paschæ celebratione, nè
fiat cum Iudæis, vetat, non consonat veritati. suprà enim comme-
moratum est, Ioannem, Philippum, & alios paschæ eodem die cum Iudæ-
is celebrasse, nempe 14. luna primi mensis.]

Hactenùs Magdeburg. Videamus nunc, an cōsoner veritati Apostolicus Ca-
non, quod isti negant. Ac primū, Polycrates in illa sua ad Victorem pon-
tificem Epistola, Philippum tantum & Ioannem ex Apostolis commemo-
ravit, qui paschæ 14. luna celebrarent. Ecquis ergo dubitat, quin reliquos
commemorasset, si reliqui eodem die celebrassent? Quomodo enim re-
liquos Apostolos prætermisssent, qui tres Philippi filias non prætermis-
ser? qui Polycarpum, Thraseam & Sagarem Episcopos, & Papyrium ac Meli-
tonem, & cognatos suos retulit? Cūm igitur Magdeburgenses testimo-
nio aliorum Apostolorum careant, vt Polycrates caruit: nos verò non so-
lūm Victoris, & ante eum Pij, quorum isti epistolæ negant, testimonium
habeamus, sic Sanctos Apostolos statuisse: sed habeamus etiam testimo-
nium omnium Episcoporum Palæstinae authore Eusebio, sic Apostolos pa-
schæ celebrasse, quo die ecclesia Catholica secundū traditionem eorum
nunc celebrat: qua fronte audent isti dicere, Canonem Apostolorum de
celebratione paschæ, non consonare veritati? Sed recitemus quæ Euse-
bius lib. 5. historiæ sua cap. 27. scripsit: Qui verò (inquit) in Palæstina
erant Episcopi, quorum paulò antè meminimus, Narcissus & Theophilus,
& cum eis Cassius Ecclesiæ Tyri, & Clarus Ptolemaidis Episcopi, & alij
qui cum istis venerunt, postquam de traditione celebrandi Paschatis,
quæ ad ipsos ex successione Apostolorum descenderat, multis traçassent,
circa calcem scripti sui ista ad verbum subiecerunt: Satagit autem nostræ
Epistolæ exemplar per totam parœciam mittere, nè rei simus erroris eo-
rum, qui suas animas tam facile seducunt. Significamus autem vobis, quod
& Alexandriæ eadem die, quan nos, pascharis festum agunt, &c. Alexan-
driam Africæ dicunt, non Alexandriam Aficæ, in qua 14. luna, sicut cæteri
Asiani, celebrabant. Vnde paulò antè cap. 23. sic scribit idem Eusebius: Mo-
ta est eo tempore haud parua quæstio, ex eo, quod cunctæ per Asiam pa-
rœcianæ, velut ex antiquiore traditione, 14. luna salutaris paschatis festum
celebrandum esse putabant: qua die Iudæis agnum immolare præceptum
erat: quasi omnino eadem luna, in quamcunque illa septimanæ diem inci-
dat, ieunia sint soluenda: cūm reliquis ecclesijs per vniuersum orbē con-
suetudo non esset ad hunc modum celebrandi paschatis, quæ ex Aposto-
lica traditione morem hactenùs durantem seruant: quod videlicet ieui-
nia nullo fintilio, quām resurrectionis Saluatoris nostri die soluenda: &
quæ sequuntur. Conferant ergo Magdeb. consuetudinem per vniuersum
orbē celebrandi paschæ in die resurrectionis, ex Apostolica traditione pro-
fessam, cum consuetudine per Asiam celebrandi 14. luna cum Iudæis: &

D 2 videant,

Defensio Ca-
nonis Apo-
stolicæ
de celebra-
tione paschæ.

qui veterius
sunt testes sio-
ne Apostoli pas-
chæ celebra-
se, vt hodie
ecclesia Cat-
holica celo-
rat.

videant, vtris plus authoritatis & fidei tribuendum sit. An Asiani melius
 quam Palestini nouerant Apostolicæ traditionis consuetudinem? an me-
 lius Alexandrini in Asia, quam Cæsareenses in Palestina? Esto, sic Ioan-
 nes & Philippus celebrassent, id quod aliquandiu fortasse propter Iudeos
 facere coacti sunt, vt omnibus omnia fierent: An, quia Paulus Timothe-
 um circuncidit, & se in templo cum ijs, qui votum super se habebant, san-
 tificauit, idcirco dicemus, fuisse Apostolicam traditionem, vt tunc cum
 Iudeis legalia seruarent? Quis hoc dicat, nisi qui iudaizare velit? Præterea
 si Syri, & qui erant in Mesopotamia, claudicabant in festo paschæ cum Ju-
 dæis celebrando, antequam Synodus Nicena haberetur, vt S. Athanasius
 in Epistola de Synodis Arimini & Seleuciae testatur: igitur non recte am-
 bulabant ad Euangelij veritatem, sed errabant potius. Ad errorem enim
 pertinet claudicatio, sicut Apostolus ad Hebreos scribens, ne quis vestrum,
 inquit, claudicans erret. Quod si errabant, ergo sic festum paschæ cum Ju-
 dæis celebrare, præter doctrinam erat à sanctis Apostolis traditam. Ex quo
 Nicena Syno- factum est, vt necessè esset, tunc primum in Nicena Synodo decerni, vt
 dus de paschæ omnes in die resurrectionis Domini pascha necessariò celebrarent, quia
 obseruatione Canon Apostolicæ traditionis nondum erat omnibus vbiq[ue] promulga-
 decretum qua- tus tanquam necessarius: nec ab omnibus tanquam necessarius ad salutem,
 formula edi- seruabatur. Non sic autem de fide Symboli, cuius professio toti ecclesiæ
 promulgata & cognita erat, & tanquam necessaria ad salutem, ab omni-
 bus Catholicis vbiq[ue] custodita. Itaque quia Syri & Mesopotamiani in ec-
 clesia Catholica erant, licet in causa festi Paschæ ritè celebrandi claudica-
 rent, cum Niceni patres decretum de pascha fecerunt, non potuerunt dic-
 cere. Ad hunc modum ecclesia Catholica celebra pascha: sed sic, Vixum
 est, vt omnes obtemperarent. &c. Hic enim non abhorruerunt, ait Atha-
 nasius, ab hac appendicula: immò placuit, inquit, vt adderetur, Vixum est,
 vt omnes obtemperarent. De fide vero, inquit Athanasius, non scripserunt,
 Vixum est: sed, Ad hunc modum credit ecclesia Catholica. Et statim con-
 fessio ipsa fidei adiuncta est, vt ostenderent (inquit) non nouam esse senten-
 tiā, sed Apostolicam: & quæ ipsi scripsissent, non esse sua inuenta, sed
 Apostolorum documenta. Hæc Athanasius. Erat igitur, ne pascha cum Ju-
 dæis celebraretur, diuina quidem traditio, & Apostolicus Canon non fo-
 lium per sermonem, quem Clemens Apostolorum discipulus literis man-
 dauit, traditus, sed etiam per Epistolam insinuatus. Quia Apostolus ad Co-
 loss. scripsit, inquiens: Nemo ergo vos iudicet in cibo, aut potu, aut parte
 diei festi, aut neomeniæ, aut sabbatorum, quæ sunt umbra futurorū, cor-
 pus autem Christi. In parte enim diei festi iudicatur, si quis pascha nostrū
 celebret, quo die pascha suum immolant Iudæi. Sic quoquæ Pius Pont.
 Apostolicus hunc locum Apostoli intellexisse videtur. Postquam enim di-
 xit, Vnde & vos Apostolica autoritate instruimus, omnes eadem die, id
 est, Dominica, celebrare debere, subiungit: Cauete diligenter omnes, ne
 quis

Act. 16.
 Act. 21.

Heb. 12.

Colos. 2.
 Insinuata
 etiā per Paus
 lum traditio
 de pascha.

Tom. I. con.
 pag. 285.

quis vos decipiat per aliquam Astrologiam, vel Philosophiam, & inanem fallaciam, secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, & non secundum Christum. His autem Apostoli verbis a Pio recitatis, subiungit idem Apostolus hanc conclusionem, ad illa scilicet ante gressa pertinentem: Nemo ergo vos iudicet in cibo, aut potu, aut parte diei festi. Sed, <sup>Cur in Synodis
do Nicena</sup> vt dixi, quia non dum ab omnibus, tanquam necessarius, hic Canon seruatur, tunc primum haec noua sententia decreti a Synodo Nicena edita & promulgata est, ut omnes unam formam eodem die necessariò pascha celebrarent. <sup>primum exco
municati La-
scha cum Iu-
deis deinceps
qui pa-
brandi tenerent, ita vt, qui non tenerent, anathema fierent. Canon enim Apostolorum, & si Episcopum, presbyterum, & diaconum deponi iubet, si deis deinceps pascha nostrum cum Iudeis celebraret, pro eo scilicet, quia non docet exemplum obseruationis sua religiosè populum, tamen laicum non excommunicat, ut quidem vescentem idolothyo & sanguine ac suffocato, excommunicat. Non, inquam, laicum excommunicat, sicut Nicena Synodus postea excommunicauit, ut Synodus Antiochena primo Canone testatur. Postremo Audiani haeretici erant, qui cum Iudeis pascha celebrabant: qui, ut Apo-<sup>Tom. I. con.
pag. 400.</sup> stolos sic celebrasse probarent, Apostolicam constitutionem ex libro. Cle-
mentis male interpretabantur, ut S. Epiphanius, qui eos refellit, in tertio lib. tom. secundi scribit. Horum similes sunt Magd. quos simul cum Audi-<sup>Similiter sensi
tiunt Magd.</sup>
anis, idem Epiphanius, & nos cum eo auctoritate Apostolicæ constitutionis de celebratio-
ne paschæ omni diligentia & studio cultus post æquinoctium agitare, nec am-
plius obseruare, ut cum Iudeis pascha agitetur. Eant ergo nunc Magd. & dic-
cant, non consonant veritati Canonem Apostolorū de celebratione paschæ.
Quāto melius, quam vos Magd. sensit Acesinus ille Nouarianorū Episcopus,
quē cū Cōstantinus Imperator, lecta definitio Synodi Nicenæ, in Syno-
do ipsa interrogasset, qd ei videretur? & utrum assentire vellet definitio fidei, & definitioni celebrationis paschæ, respondit: Nouum nihil Imperator
Synodus constituit, οὐτε γέρανθεν διατετο εἰς τὸν Ἀπόστολον καὶ θρῶν παρελήφθανεν, καὶ τὸν ὄπον τὸν τίτλον, καὶ τὸν χρόνον τὸν τὸν τάσκαλοντο, id est, sic enim omnes a principio a sedibus Apostolicis accepimus, & defi-
nitionem fidei, & tempus festi paschæ.</sup>

Defensio Canonis prohibentis fieri Clericos fideiussores: & quid Beatus Cyprianus de Clericis tutoribus vel curatoribus scripsierit. item Canon Synodi Nicenæ, nè Clerici sponsiones pro voto faciant: & quid in scholijs Graecorum notatum sit in hoc Canone, de duplice significatione verbi ἔγγυαται. quod spondere significat.

Cap. 8.

A Liud caput accusationis Canonum est: Canon (inquiunt) 20. damnat,,
clericos, & fideiussiones. Verum hoc seculo Apostoli & alij legibus,,
D 3 politi-